

6

2464

F. 6.18

P

Meditatio

Pauli de Sorbait Disputatio medica  
De ratione et usu acinulorum



V. F. 2.

2464

# ΣΥΝΤΩ ΘΕΩ! DISPVVTATIO MEDICA,

*D E*  
NATURA ET USU ACIDULARUM,

*2 U A M*  
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA.

**D E C R E T O ,**  
**A V T H O R I T A T E E T**  
**C O N S E N S U P R A E N O B I L I U M ,**  
**S T R E N U O R U M , M A G N I F I C O R U M , E X C E L -**  
lentissimorum, & Clarissimorum Virorum, Magnifici D.  
Rectoris, Spectabilis Inclytæ Facultatis Medicæ D. Decani, DD. Se-  
niorum ac Professorum, Sacrae Cæsareæ Regiæq; Majestatis Consilia-  
tiorum : adeoq; totius Amplissimi Medicorum Collegij, in Anti-  
quissimo ac Celeb: Universitatis Viennensis Archi-Athenæo.

P R A E S I D E

P R A E N O B I L I , M A G N I F I C O A C E X C E L L E N T I S S I M O ,  
**D . P A U L O D E S O R B A I T ,**  
Philos: & Medicinæ Doctore, ejusdemq; Institu-  
tionum & Theoriæ Professore primario; nec non Sacratissimæ  
Imperatricis E L E O N O R Æ Personæ Medico.

*Pro primâ in eadem Inclytæ Facultate laurea obtinenda*  
*publicæ ventilationi subiicit,*

**J O A N N E S B A P T I S T A V E R B E Z I U S ,**  
Carniolus Labacensis, Medicinæ Candidatus.

*Disputabuntur die 12. Mensis Septembris, horis anteme-  
ridianis consuetis, in Auditorio DD. Medicorum.*

---

Viennæ Austriae, Typis Matthæi Cosmerovij, S. C. M. Typogr. 1661.

510883

R 510883



19998986

29 DEC 1999



CELSISSIONIS,  
AC ILLUSTRISSIMIS,  
PRINCIPIBUS,  
ILLUSTRISSIMIS,  
AC REVERENDISSIMIS,  
AD MODUM REVERENDIS,  
PER ILLUSTRIBUS AC GENEROSIS,  
NOBILIBUS ATQUE MAGNIFICIS,  
INCLYTI DUCATUS CARNIOLIAE  
STATIBUS.

DOMINIS, DOMINIS PATRONIS AC MECENATIBUS  
COLENDISSIMIS, AC GRATIOSISSIMIS.

**R**o Laurea decertatus in Galenico Lyceo, non alios  
quam vos presides quæsivi, ILLUSTRISSE AC EX-  
CELLENTISSIME D. COMES AC CAPITANEE,  
CELSIS: ILLISTRIS: ac REVERENDISSIMI PROCE-  
RES, Laurum querenti non potest male ominari coronata VESTRA Aquila; nec mi-  
nu feliciter certamen aggrediar animante virtute illius, quæ Cælo concolor Cœle-  
sti robore desuper firmata, non potest non esse victoriosa; nominati sunt trium-  
phi VESTRI, CELSIS: ILLISTRIS: ac REVERENDISSIMI PROCE-  
RES, & summorum Principum salutem in fortunâ VESTRA positam, etiam tribus ab  
hinc seculis restabatur FRIDERICUS Cæsar, quem ex Italâ reducem, per me-  
dios hostium phalanges, delectâ potentissimâ Cileensis Comitiâ acie, incolunem ad

Laureas deduxisti. Ingemit etiamnum Ottomanica Luna faralem illam & sanguineam Eclipsim suam ad Colapim amnem, quam vel unica Aquile VESTRAE genitina Proles, unicus de Celsissimā AUERSPERGICA Domo Heros fortissimus, Armorum suorum interpositione obscuravit: Cœlum ipsum ad Tuas sese pandit Victoriae ANDREA Dux fortissime.

O nimium dilectè D E O ! cui militat æther,  
Et conjurati veniunt in prælia Divi.

Quid quod hac ipsa Cæsarium nutrix, Regum sedes, Gemma Austriae, Vrbs Vienna, incolumitatem suam Aquile VESTRAE in uno Joanne KAZIANER deferat, quem Authores non nisi fortem, non nisi magnanimum Antonomasfice appellant, qui temporibus CAROLI V. & FERDINANDI Fratris Vrbem hanc à Solimanno obsecsam strenue defendit, & plus quam ducentis Turcarum millibus restitit fortissime. Minetur etiamnum quantum velut Byzantij porta, experietur è felicissimus cincubibus plures in VOBIS revixisse Phœnices, qui Lunam non novere aliam nisi inversam, idest contritam, non aliam nisi cruento proprio rubicundam, forte ad internacionem delendam. Hac & similia, CELSIS: ILLISTRIS: ac REVERENDISSIMI PROCERES, stimulos addiderunt, ut ad certamen descensurus, sub alas Aquile VESTRAE confugerem; nemo hactenus Favore VESTRO protectus certavit male: sperandum itaq; mihi bene est; & tametsi peculiari VOBIS non essem obstrictus jure, quorum Patria vitam mihi & sanguinem dedit, VESTRA me tamen fama ad vos traheret, qui Principibus submittis Moderatores, Imperatoribus ac Regibus supremos Praefectos, summis Consilijs directores, communi deniq; ac publico bono Patriæ Patres: quos CAROLUS ARCHIDUX sinceros suos, FERDINADUS II. fideles, FERDINANDUS III. promptos, communi Patriæ bono studentes, LEOPOLDUS actu Gubernans Augustissimus Cæsar, cum totâ suâ Aulâ humanos, vereq; Austriacos, ac in obsequijs Principis sui liberales appellant. Agite itaq; CELSIS: ILLISTRIS: ac REVERENDISSIMI PROCERES, meq; studia & labores meos VOBIS consecrantem inter minimos Alumnos VESTROS numerate. Haustum aquæ Medicatae propino, nolite dignari Cyri magni Regis Emulatores, cui Aqua Euphratis à vili homuncione oblata fuit gratissima. Valete cum Capite VESTRO CELSIS: ILLISTRIS: ac REVERENDISSIMI PROCERES, in cuius obsequia universum nostrum studium PROFICIAT.

CELSIS: ILLISTRIS: atq; REVERENDISSIMARUM, DOMINATIONUM VESTRARUM

Eternum submississimus Cliens

Joannes Baptista Verbezius.



## PRO OE M I V M.

**R**ovida hominum Mater, Terra,  
sicut plurima ad speciei conservatio-  
nem è benignitatis suæ gremio fœ-  
cundissimo partu progenerat remedia;  
ita haud ignobiliora; partim ad delicias, partim ad  
nobiliorem usum ex intimis suis visceribus, alia  
multo labore effossa, alia spontaneo motu prosili-  
entia largissimâ venâ, atque uberrimâ suppeditat  
manu. Non est animus, pluribus hîc describere in-  
cognitum solis ortum, non nisi filijs lucis revelan-  
dum: nec deprædicare efficacissimam Lunæ in hæc  
sublunaria virtutem, reliquorumque terrestrium  
Planetarum Influxus, quorum ille cum corde, iste  
cum Cerebro, hic cum hepate, aliis cū alio humani  
corporis viscere affines suas servant conjunctiones.  
Non absolvam hîc totam omnium mineralium hi-  
storiā, quibus fertilissima Terra adeò prægnans  
est, ut pleno semine distentus uterus fœtus suos,  
obstetricante curiosâ hominum industriâ, in lucem  
excludere summis conetur viribus. Prælibabo ta-  
men, nisi penitus exhausero, in Acidulis plurimo-  
rum tamen metallorum, quam mineralium Virtutes.

Hæc palato meo sapiunt, ijsdem ex Hippocrenes fonte scaturientibus; licet plurimorum stomachus ijs nauseare possit. Et ut sub meridiano sole limpidiores evadant. esto.

## THESIS PRIMA.

**A**CIDULÆ, ab acore dictæ, tam abstrusæ sunt naturæ, ut unde oriuntur, quasque secum vehant virtutes, pluribus ignotum, omnibus controversum, paucioribus pateat. Quas nos per hæcce folia degustavimus Acidulas, quamq; de earum Natura & usu sententiam habeamus, rejecta peregrinæ colluvie sentina, liberè profitebimur.

## I I.

**S**UNT ergò Acidulæ Aquæ, quæ è terræ Cavernis per varias minerarum venas decurrentes, & de virtute mineralium, præcipue Calchanthi, quod maximè allidunt, participantes, hominum sanitatis gratia scaturiunt. Excludi autem volumus ex hoc censu Fontes, quorum aquæ ex malignarum venarum, quas transcurrunt, participatione malignam quoque earum qualitatem secum rapiant, epotæ homines sæpe agunt in furores, præcipitant in Lethargum, pariunt oblivionem, Ingenij afferunt stuporem, generant bronchocelen, imò penitus quoq; è medio tollunt; uti cum Plinio, Vitruvio, & Langio, Melchior Sebizius in tract: suo de Acidulis, sect. I. eleganter edisserit.

## III.

### III.

**A**Cidulæ nostræ sunt conservativæ, & generativæ, non destructivæ sanitatis, sunt benignæ, non maglinæ, saporis grati, & accepti, non nauseabundi, coloris pellucidi, instar Crystalli, quæ in vitrum fusæ bullulas emittunt margaritis non absimiles, & quæ potæ nares feriunt, ac sternutare faciunt. Hæc etiam potiora sunt signa, quibus bonitas Acidularum deprehenditur.

### IV.

**O**bservandum tamen est, non omnes Acidulas unius ejusdemque esse æstimij, sed variare, pro varietate tum causæ efficientis, materialis, loci, situs, temporis, aliarumque circumstantiarum, unde Acidulæ aliæ erunt à rebus heterogeneis magis, aliæ minus secretæ, aliæ limpidiores, aliæ crassiores, aliæ saporis acerri- mi, aliæ minoris acredinis, aliæ plus Vitrioli, plus Aluminis aliæ, aliæ plus nitri, plus martis aliæ, aliæ plus cupri, plus salis communis aliæ admixtum habebunt; variant pro cujuscunque mineræ, quam transmeant, quantitate & qualitate assumpta.

### V.

**N**on tamen instituti ratio, aut foliorum angustia, concedit, omnium, cujuscunque sint conditionis, Acidularum causam materialem & ex hac saporum qualitates pervestigare; sufficit scire omnes aquas medicatas saporem suum acquirere à rebus subterraneis: qualis enim:

enim est terra, talis quoque est aqua, quæ per illam fluit,

lib. 2. Aristotele & Theophrasto testibus.

meteori.

c. 3. l.

6. de

caus.

plant. c.

3.

## V I.

**H**ujus loci erit dicere, quibus qualitatibus Acidulæ nostræ instructæ sint, & unde sui acoris originem fortiantur; Dicimus quo ad primum, Acidulas ratione qualitatum primarum frigidas esse, & siccas, quidquid contradicunt alij, sunt frigidæ actu & potentia ob exsuperantiam, sunt verò siccæ potentia, de humiditate enim earum actuali nemo dubitat. Ratione secundarum qualitatum vim habere attenuandi, aperiendi, adstringendi, non obstante, quod diximus eas esse frigidæ qualitatis. Ratione tertiarum vim habent sudorem, menses, & urinas movendi, fabulum renum & vesicæ expellendi. Ratione quartarum, cui viscerum scilicet specificè convenient, credimus Acidulas in corpore εναστάγχω ad omnia sese habere æqualiter, contra in δυαστάδγχω.

## V II.

**Q**uodnam autem materiale sit acoris in Acidulis principium, multi in plurimas eunt opiniones: Quidam sal commune, ratione desumptâ à spiritu salis acido; Alij sal nitri, eadem ratione moti: non nulli sulphur; plumbum & gypsum quidam acoris originem posse esse statuerunt; quos refutatos vide in Melchioris sebizijs sect. 1. dissertat. 4. de Acidulis.

## VIII.

## VIII.

**H**isce ergo opinionibus remotis , dicimus im̄mediatam acoris Acidularum causam esse Chalcanthum , Alumen, Venerem & Martem, quæ posteriora tam amabilis vinculo invicē uniuntur , ut vix reperibilis sit minera ærifera , quæ non simul sit Ferrifera. Utri autem horum potissima causa acoris adscribenda sit , & à priori & à posteriori facile innotescit ; Chalcantho primas tribuimus partes , secundas Aluminī , tertias Veneri seu Æri , & ultimas Marti , Veneris pedisse quo.

## IX.

**C**halcanthum , seu quod idem est , Vitriolum omnium maxime Acidulis aciditatem imprimere , omnes Hydrographi unanimi ore pronunciant , nullasque reperiri Acidularum scaturigines , quæ non Vitrioli semine essent imprægnatae ; sapor Vitrioli crudi hoc declarat , notabilem præ cæteris sibi inesse acorem . Vitriolum insuper in aqua dulci resolutum ad sensum communicabit illi suam aciditatem . Quantus insit acor spiritui è Vitriolo elicito , vel Ciniflones norunt.

## X.

**A** Lumen , Venerem , & Martem etiam ad acorem Acidularum aliquid facere contendimus , non tamen esse tantæ activitatis , quantæ est Vitriolum . Sunt etiam adhuc aliæ mineræ Acidulis permixtæ , quæ tamen illis nullum impertiunt acorem . Omnia autem mineralia , quæ Acidulis insunt , duplicitis sunt generis ,

accida & acore destituta. Ab his vires quidem Acidulæ accipiunt, at non saporem acidum. Ab illis & vires & aciditatem habent: intensiorem à chalcanthro: remissorem ab Alumine: adhuc debiliorem ab Ære: infirmissimam à ferro.

## X I.

**H**inc sit, quod Acidulæ aliæ alijs acidiores & efficaciores sint, & hoc adscribi potest vel loco, ubi mineralia generantur; vel mineræ, qua Acidulæ imbuuntur; vel viæ, quam permeant; vel aquis ipsis, quæ per subterraneos decurrunt cuniculos. Acidulæ ergo, quæ tamen ab ipso loco mineralium nativo, quām decursu per illorum canales suas prolixiunt vires, efficaciores sanè sunt, quām quæ ex alterutro solum; & tamen harum illæ præstant, quibus ipsa mineralium matrix, quām quibus minerarum ducus efficaciam suam impertivit.

## X II.

**S**ic etiam via per quam, & Aquæ ipsæ, quæ fluunt, ad majorem efficaciam facere possunt. Via siquidem longior angustior & anfractuosior, ob diuturniorem moram & majorem mineralium corporum participacionem, majorem quoque Acidulis potest imprimere efficaciam, quām si via sit brevis, ampla, & recta. Aquæ quoque ipsæ, quæ præcipites ruunt, plus virtutis secum rapiunt, quam quæ tardè progrediuntur.

## X III.

### X I I I.

**D**iximus in præcedentibus , quæ sit Acidularum na-  
tura atq; principium , & quibus mineris illud de-  
beant. Dicendum quoque aliquid arbitramur de vi  
illarum purgatrice , quam anniversarius usus ad oculos  
ostendit. Non tamen sunt numerandæ inter purgan-  
tia Cathartica , seu electivè trahentia , quia Hipp. aph.  
5.s.4. sub Canicula , inquit , & ante Caniculam diffi-  
ciles ac molestæ sunt purgationes ; cum tamen hoc tem-  
pore Acidularum usus sit frequentissimus , & saluber-  
rimus.

### X I V.

**E**ST saluberrimus Acidularum usus , quia totum  
corpus alterant , omnis generis humores è corpore  
eliminant , & varijs opitulantur ægritudinibus. Non  
sunt autem remedia Catholica , ut rudis opinatur plebe-  
cula , quæ ad Acidulas tanquam ad sacram Anchoram  
in quovis morbo quotannis turmatim confugit , & ta-  
men in ex ulceratione Pulmonum , renum , hecūca , pas-  
sionibus hæmoptoicis , hydrope , asthmate , angustia pe-  
ctoris , tussi &c. omni spe convalescentiæ frustratur.

### X V.

**P**rogradimur ad Acidularum usum , qui duplex est ;  
internus & externus ; ille potatoribus , hic balneato-  
ribus convenit ; circa illum observandum quid ante ,  
quid in , & quid post facere debeant , qui ijs utuntur ;  
quibus probè perspectis atque servatis non possunt non

Acidulæ suo fine potiri. Non autem hic in spatiostissimum excurram campum omnium specialiorum, quæ in usu Acidularum considerari debent, in quem finem consulantur Authores.

## X V I.

**A** Nte Acidularum usum benè attendendum I. ut pri-  
mæ viæ adhibita diligentî præparatione evacuen-  
tur, sive foris, sive intùs eas usurpare velis. II. ut venæ  
Mesenterij vitiosis humoribus obstructæ deobstruantur.  
III. ut illi humores jam ad fluxum faciles penitùs exclu-  
dantur. IV. venæ sectio instituatur, si corpus sit pletho-  
ricum. Hisce neglectis, Acidulas aut planè nullus,  
aut exiguuus sequetur fructus.

## X V I I.

**I**N ipso usu considerandæ veniunt circumstantiæ illæ;  
**Q**UANDO, QUANTUM, QUOMODO, seu QUALI-  
TER, Acidulis sit utendum. Tò QUANDO respicit  
tempus tūm Anni, tūm Diei. Illud est vernum, Æsti-  
vum & Autumnale. Hoc concoctione & distributione  
absolutâ. Tò QUANTUM. declarat Acidularum quan-  
titatem, tam continuam, quam discretam. Quantitas  
continua determinat vel continuitatem temporis, vel  
potus. Illam secundùm plerorumque & veriorem opi-  
nionem finiri posse credimus, quando 2. aut 3. continuis  
diebus Acidulæ tales ferè exeant, quales potæ fuerunt.  
Hæc pro diversitate tūm sexus, tūm ætatis, tūm tem-  
peramenti variat. Masculinus sexus fœminino, Juve-  
nilis

nilis ætas puerili aut senili; temperamentum sanguineum & cholericum majorem phlegmatico aut melancholico Acidularum quantitatē perferre potest. Certissima tamen & tutissima quantitatis mensura est euφoeia, bona tolerantia.

## X V I I.

**Q**uantitas discreta inuit I. præscriptam quantitatem Acidularum continuam non prodigo ore & unico haustu ingurgitandam, sed discretionem earum adhibendam, & in partes distribuendam esse, in plures quidem quo dosis fuerit major, in pauciores, quo minor: secundūm. Hipp. aph. 51. s. 2. semel multum & repente vel vacuare, vel replere, &c. periculosum; & subjungit: quod verò paulatim fit, tutum. II. Indigitat intervallū temporis inter pocula, quod observare licet ad liberam potentiam respirationem & ventriculi conditionem; ad certum enim tempus potantes adstringere, nimis servile, & forte naturæ patientis inimicum esset.

## X I X.

**T**ò Quomodo multa involvit, & penè totum regimen quod tempore usus potatores observare debent; & potissimum Diætæ nomine venit, qua legitimū usum rerum sex non naturalium comprehendimus, qui in eo consistit, ne vel in excessu vel defectu peccetur; omne enim nimium naturæ inimicum. Hipp. aph. cit. Victus ad siccitatem vergat, & cæna sit parcissima. Coniectimus autem huic diætæ & pharmaca ventricu-

Ium corroborantia , quibus & ante , & inter , & post  
pocula patiens uti potest , quæ vide apud Practicos.

## X X.

**U**su Acidularum sic absoluto , restat dicere quid po-  
tatoribus postmodùm faciendum . Ubi distinctio  
adhibenda inter illos , quibus Acidularum usus benè , &  
quibus malè cessit . Illi quorum vires æque debilitatæ  
fuerunt , rationem habeant virium reparandarum , quod  
fit probè observata vivendi ratione & usu circa 6.res n.n.  
non negligendo interim , quæ ad corroborationem to-  
numque viscerum internorum , si qua forsitan recessit , re-  
parandum facere possunt . Hi verò , quibus Acidularum  
usus malè cessit , & vel propter Acidulas ipsas , vel ni-  
mis licentiosè institutam diætam , vel depravatam vi-  
vendi rationem , vel corporis Ineptitudinem , hæc vel  
illa supervenerunt symptomata , adhibeant curam , quam  
symptoma , quod supervenerat , exigit .



## Q U Æ S T I O N E S.

**A**Cidulæ an in potu , an in balneo ma-  
gis profint?

**U**Trum Acidulæ continuandæ mu-  
lieribus , superveniētibus menstruis?

**U**Trum Ambulatio in potu Acidu-  
larum sit necessaria , an verò etiam  
jacendo utiliter hauriri possint?

**N O B I L I ac D O C T I S S I M O  
DN. DEFENDENTI.**

**S**unt dulces acidæ, sunt suaves, sunt et amarae,  
Quas nobis præsens charta propinat aquas.  
Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.  
Sape juvat mixtos sustinuisse dies:  
Dona Di<sup>j</sup> vario ponunt sudore paranda,  
Nec tibi per ventos assa columba venit.  
Non labor est facilis Parnassi scandere culmen;  
Est iter angustum præcipitesq<sup>u</sup> Via.  
Ex Hippocrenes prius acri fonte bibendum;  
Tum demum fiet suavis Apollo tibi.  
Si que per oppositos poteris contendere rupes,  
Ex acidâ refuet tunc tibi dulcis aqua.

A u lox edius posuit

JOANNES JACOBUS BRANZ,  
Medic: Baccalaur:



**E I D E M DN. DEFENDENTI  
COLLEGÆ PERAMANDO.**

**A**nxius inquirens abscondita Viscera terra,  
Quæsum succum prolicis inde tuum.

Du-

*Durum opus. Obscurū Cacumq; voraginis antrum  
Minatur casum, subiiciturque tibi  
Firmos fige pedes; alias si laberis intus,  
Et labor & sudor mutuus intus erit.  
Sedulus indaga, non sunt metuenda pericla;  
Ne modo flaccescat mens animusq; tibi.  
Matricis terra & gravidas rimare cavernas  
Divite nec fætu fundus inanis erit.  
Sic poteris varias acidis inducere formas,  
Ac usum verum dicere certus, aquis.  
Egredere ex tenebris ad publica pulpita, monstra  
Legitimam prolem, quam tibi terra tulit.  
Differe, quæ pariens acidi sit fontis origo,  
Et quæ contineat pharmaca fontis aqua.  
Sic tua posteritas seros tibi solvet honores,  
Sic tua producit fata suavis acor.*

*Amicæ gratitudinis loco  
apposuit.*

*BALTHASAR PERREN.*

NARODNA IN UNIVERZITETNA  
KNJIZNICA



00000222166

COBISS SR

N.

13124 D

Narodna in univerzitetna knjižnica  
v Ljubljani

24

R 510883